



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. I. De Personis, & loco tertiæ Probationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

exercitia Examinum, & Orationis minimè prætermittenda. 3. Nullus eo tempore Externorum Villas, licèt propinquorum, adeat; nisi graves ob causas aliter Provinciali videatur. 4. Genus exercitii, aut ludi prudenti considerationi Provincialis relinquitur; qui accommodatam suæ Provinciæ directionem conficiet. g


g C. 6. D. 40. §
8. & Or. c. 14

C A P U T VII.

De tertio Probationis anno.

S E C T I O I.

De Personis, & loco tertiæ Probationis.

I.  Ostrema cura, quæ formandis nostris Scholasticis adhibetur, est tertius Probationis annus. Ad hunc peragendum illi mittuntur, post literarum studia in Societate transacta; antequam ad Gradum Professorum, vel Coadjutorum formatorum admittantur. Et quamquam Provincialis differre interdum ex gravi causa poterit, monito Generali; cum nullo tamen omnino dispensabit. * Illi tantum qui Societatem absolutis studiis inierunt, non

Ad quos pertineat hac Probatio.

* Ex. c. 1. §. 12. & c. 4. §. 16. & c. 6. §. 8. & P. 5. c. 1. §. 3. & c. 2. §. 1. & Greg. XIII. p. 226. & R. Prov. 68. & R. M. N. 58. & Or. c. 3. Tit. 1. §. 1. & Tit. 3. §. 1. & 4.

M 2 obligan

- b* C. 8. D. 9. obligantur. *b* At cum reliquis detur opera à Provinciali, ut maturè, ac simul omnes, qui ejusdem anni sunt, quoad ejus fieri poterit, ad Probationem conveniant. *c*
- c* Or. c. 3. Tit. 1. §. 6. *Quid illa sit.* 2. Hæc autem tertia Probatio (nam sic appellatur ad distinctionem primæ, & secundæ, quæ à Novitiis transiguntur) est schola affectus; ubi Scholasticos exerceri convenit in Devotionis, & Humilitatis exercitiis; ut si qua fortasse in re harum virtutum fervor, per literarum occupationem, intepuerit, recalescat. *d*
- d* P. 5. c. 2. §. 1. & Greg. XIII. p. 226. & Or. Tit. 3 §. 2. *Ubi transigenda.* 3. Domus tertiæ Probationis, juxta Constitutiones, potest dotari annuis proventibus. *e* Et conari debent Provinciales; ut peculiaris in qualibet Provincia constituatur: quæ si desit; tertia Probatio fiet in Domo communis Probationis, in loco tamen à Novitiis separato. *f* Ad constandum autem numerum idoneum sic probandorum, Provinciales possunt conjungere unà plures è vicinis Provinciis, in loco, qui commodissimus videatur. *g* Demum, si locus aptior non haberetur, possent etiam, assignari Domus Professæ, aut Collegia; *h* R. Prov. 68. servatis tamen Novitiatus regulis. *h*
- f* Or. c. 3. Tit. 1. §. 4. *Instructor qualis.* 4. Provincialis etiam erit, illis Instructorem deligere; qui auctoritate valeat, & aliàs gubernarit; cujusmodi foret Provincialis,

cialis, officio suo defunctus; aut similis quispiam alius, quem magni facturi sint; & à quo regi se faciliùs patiantur. Instru-ctor verò adniti ante omnia debet, ut gravissimi muneris memor, tum seriò ipse, ac diligenter in officium incumbat, tum eos excitet, qui in hac Probatione exercendi sunt; ut magno studio, & alacritate illam suscipiant.

5. Idem erit ordinarius eorum Confessarius, cum potestate absolvendi à reservatis: pœnitentias ex devotione concedere poterit; non autem imponere, ob violatam disciplinam; cujus exigendæ cura est penes Rectorem, & Ministrum. Habebit tamen sigillum, & facultatem ad dispi-ciendum, an eorum literæ mitti, reddive debeant.

SECTIO II.

De modo tertiam Probationem transigendi.

1. Jam ut, qui Probantur, intentum à Societate finem assequantur; debent 1. distractiones subterfugere tum epistoliarum otiosarum, tum colloquiorum cum Nostris aliunde venientium, aut Ex-terno-

M 3

Or. c. 3. Tit. 1. §. 2.

Or. c. 3. Tit. 2. §. 1.

Ejus jura.

Or. c. 3. Tit. 2. §. 10. 11.

Distractiones avertende.

Or. c. 3. Tit. 2. §. 11.

